



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 24. Seditio Judæorum. Barcoqueba.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II.
A. C. 125.

gnam esse, ne quid turbetur, & calumniarum occasio tollatur. Si ergo Provinciales suas accusationes, quas contra Christianos afferunt, etiam probare parati sint, & respondere coram tribunali tuo, hac sola via utantur; accusationes autem vagæ, & soli clamores non audiantur; rationi enim convenit, ut si quis alium accusare vult, tu ipse cognitionem causæ suscipias. Si quis Christianos accuset, eosque contra leges egisse probet, tunc secundum meritum culpæ judica; si quem autem criminari deprehenderis, severe punias, & sollicitè cura, ut justitiæ satisfiat. Hæc fuit Hadriani Epistola, qua tamen persecutionum ignis penitus extinctus non est, cum alii prætextus Christianorum hostibus superessent.

§. XXIV.

Judæorum Seditio. Barcoqueba.

Hadriano Imperatore in Provinciis Imperii remotis morante, Judæi arrepta occasione Rebellionis signa denuo extulere. Miserat Hadrianus Jerosolymam novos colonos, qui urbem ex cineribus excitarent, dixeratque Æliam Capitolinam; templum quoque Jovis, in loco, ubi Templum Dei sanctum steterat, erectum. Judæi atrociter dolebant, quod sanctam Civitatem Ethnicis, & Idololatræ occupatam cernere cogarentur, & prolis suæ circum-

Dio in Had. p. 162.

circumcisio lege Cæsarea vetita esset; Sæculum II.
 aliquanto tempore timore Hadriani, in A. C. 125.

vicinia agentis, dissimularunt; dum interim omnia gerendo bello necessaria tacite pararent. Inter alia molimina plures specus, & subterranea itinera effoderunt, ut possent latere, inter se communicare, secreto convenire, & si premerentur, effugere; habebant enim hæ latebræ plura ostia inæqualiter distantia, quibus aer, & lux inciderent. Hi quidem conatus primo Romanis nulla attentione digni visi sunt, at paulo post tota Provincia commoveri, Judæi in omnibus aliis Regionibus dispersi, simul conspirare, magnas Romanis calamitates secreto, & publice inferre, ita ut Judæorum machinationibus universus orbis concuti videretur. Rufus Judææ Præses, copiis ab Imperatore submissis, hanc ipsam Judæorum desperationem prætexens, eos crudelissime habuit; multitudo pene innumera ferro extincta, nec enim mulieribus, aut infantibus parcebatur; prædæ eorum Romanis colonis addicebantur. In hac seditione Judæorum caput erat quidam Barcoqueba, latro, & hominum flagitiosissimus; at nominis, quod sibi assumpserat, claritas multos decepit, nam Syriace idem significat, quod filius stellæ, aiebatque, se esse illam stellam Jacob a Balaam prænuntiatam, quæ Judæos

*Spart. in
Adri. p.7.*

Eus. 4. c. 6.

Num. 24. 17.

Ff 2

dæos

Sæculum II.
A. C. 125.

dæos liberatura, & Gentiles sub jugum missura erat, scilicet Messiam. Barcoqueba Christianos in armorum societatem cum Judæis adversus Romanos trahere omni conatu volebat, quod cum facere respuerent, eosdem crudelissimis tormentis enecabat.

Just. Apol.
I. p. 72.

Spart. in
Adr. p. 7.

An. 129.

Eus. Chron.
an. 129.

Hadrianus cum aliquo tempore Antiochiæ fuisset, a civibus offensus, ex Syria in Arabiam profectus est anno Imperii sui duodecimo, Jesu Christi centesimo decimo nono. Eodem anno Hero Episcopus Antiochenus, S. Ignatii Successor martyrii lauream est adeptus, postquam hanc Ecclesiam rexisset annis viginti. Successit ei Cornelius inter Antiochenos Episcopos numero quartus, & sedem hanc Apostolicam tredecim annis tenuit.

§. XXV.

Jerusalem Ruina ultima.

Epit. Dion.
Hadr. pag.
163.

Cum Tinnii Rufi vires debellandis Judæis non sufficerent, Imperator nova copiarum subsidia misit, Ductore Julio Severo, ex magna Britannia accersito. Is perpensa Judæorum multitudine, & desperatione, rei summam pugnae unius fortunæ committere non est ausus; at, prensata occasione, Ducibus prævalens, & militibus, divisas cohortes aggressus, nunc commeatus intercipiebat, nunc privabat